

**VISITA PASTORALE E CONSACRAZIONE
DELLA CHIESA PARROCCHIALE DI
CEREA**

DI GIOVANNI BRAGADINO

Vescovo di Verona

1750

REGISTRO LXVIII



1750
CONSECRATIO ET VISITATIO
PAROCHIALIS ECCLESIAE SEU PLEBIS
DE CERETA VERONENSIS DIAECESIS
PERACTA AB ILLUSTRISSIMO ET REVERENDISSIMO
DOMINO DOMINI IOHANNE BRAGADENO
EPISCOPO VERONENSI

LXVIII

Bernardo Ronchi cancellario episcopali

[1] In Christi nomine amen. Anno ab eius Nativitate millesimo septingentesimo quinquagesimo, indictione decima sexta, die vero sabbathi decimo mensis octobris, pontificatus autem sanctissimi in Christo patris et domini nostri domini Benedicti divina providentia papae decimi quarti, anno eius undecimo. Cum de anno 1730 parochialis ecclesia plebs nuncupata Sancti Zenonis de Cereta, huius veronensis diaecesis, temporum iniuria colapsa fuerit, ex quo domini clerici eiusdem plebis ad eam reedificandam proprios redditus impenderunt, cui operi etiam dominus archipraesbyter concurrere debuit, prout in actis capitularibus huiusmet plebis, ita ut ad praesens perfecta conspiciatur et apta ad persolvenda in ea divina officia, propter quod humilimas preces illustrissimo et reverendissimo domino domino Ioanni Bragadeno, Dei et sanctae sedis apostolicae gratia episcopo veronensi, comiti et sanctissimi domini nostri papae praelato domestico et assistenti et cetera, admodum reverendus dominus Simon Zinza, modernus archipraesbyter et reverendi domini Bartholomaeus Bertagna et Benedictus Girardi clerici ad id electi exposuerunt ut eandem novam ecclesiam consecrare, non solum, verum et illam visitare dignaretur ac vellet, quibus instantiis et precibus benigno animo exceptis, idem illustrissimus et reverendissimus praesul, die crastina statuta pro illius parochialis ecclesiae consecratione seu dedicatione facienda [1^v] et subinde pastorali visitatione ineunda, praemissis ob id admodum reverendis dominis Francisco Pomari, rectore Roboreti Veli ac Vincentio Bordoni, sacerdote veronensi, ad spiritualia exercitia sacerdotibus et clericis ipsius loci praebenda et eius adventum populo enunciandum, quod pie sancteque ita praestiterunt ut magnae clero et populo edificationi fuerunt riteque intimata visitatione ipsa, summo mane huius diei, sumptis secum illustrissimo domino Petro Antonio Albertinio iuris utriusque doctore, vicario suo generali meque visitationis notario aliisque sacerdotibus suis et familiaribus, in ecclesiam suam cathedralem descendit fuisque precibus ante divinum Sacramentum, rheda suam conscendit cum suo comitatu et Bodolonum versus contendit. Quo perventus, in aedes suas episcopales se recepit, prandium sibi paratum sumpsit et parumper quievit. Sumpto prandio et post quietem, praefatus illustrissimus et reverendissimus dominus dominus episcopus, rheda conscensa, iter iam inceptum Ceretam versus prosecutus est. Non procul a terra Bodoloni obvius habuit quamplures terrae Ceretae, equitantes militum more, qui dominationem suam illustrissimam et reverendissimam devenerati, eam prosecuti sunt. Ad confinia praesto fuit cohors militum ordinantiarum; [2] paulo post quamplures pueri et puellae, mares et feminae, processionaliter vexilla et ramos arborum deferentes in signum letitiae et exultationis, qui pariter dominationem suam illustrissimam et reverendissimam devenerati, una cum confratribus societatum huius plebis, suis cappis indutis, eam prosecuti sunt usque ad ecclesiam Sancti Zenonis; quo perventus et e rheda descensus, in eandem ingressus, paulisper oravit ac subinde, in cathedra sibi ad altare parata sedens, sindico, consiliariis, clero et populo Ceretae admodum reverendum dominum Simonem Zinza, in archipraesbyterum suum iam a se electum, paternis verbis obtulit eundemque ad curam parochialem ingredientem comendavit ut ipsum tamquam a Deo sibi missum in pastorem excipiant, ad hoc ut, eo ductore, ad aeternae salutis portum facilius perveniant. Quibus intellectis, ab eodem domino archipraesbytero humiliter genuflexo, pastoralementem benedictionem petiit, ad hoc ut, ea fretus, propria munia ad salutem animarum sibi creditarum obire possit, qua eidem paterno amore ab illustrissimo et reverendissimo praesule impartita nec non praefatis sindico, consiliariis, clero et populo benedictis, ex ecclesia ipsa exivit et, iterum rheda sua cum suo comitatu conscensa, ad palatium nobilium dominorum comitum fratrum de Medicis pervenit, in quas ingressus, suam mansionem fixit [2^v] et paulisper quieti indulgit. Post parum quietis, dimissis itinerariis vestibibus et cappa magna indutus, descendit ad portas suae mansionis et, praeceuntibus processionaliter schola doctrinae christianae divinas laudes decantante ac confratribus scholae quadraginta Horarum et caeterarum societatum huius plebis, suis cappis indutis ac clero et frequenti populo sub baldachino a sex nobilibus viris – scilicet Octavio et Ignatio fratribus Alcenago, Oratio Verza Guastaverza, Tiberio Parona Lavezzola, conte Ludovico Medici et conte Ioanne Baptista Turco veronensi gestato – receptus, ecclesiam simplicem Sancti Sepulchri adivit. Quo perventus et pontificalibus indutus, sibi assistentibus in dalmaticis admodum reverendo domino Ioanne Zanetti. archipraesbytero Suapii et admodum reverendo domino Laurentio Carrara, archipraesbytero Aspareti, sacras sanctorum Christi martyrum Felicis, Iucundi, Venerandae et Floridae, in capsula plumbea ad id parata, cum tribus granis thuris collocavit,

colligavit suoque parvo sigillo in cera hispanica rubra impresso tribus in locis munivit ac publice venerationi in arca lignea eleganti forma constructa, servato ritu a pontificali romano prescripto, reliquias collocavit, usque dum in consecratione altaris huius parochialis reponantur; quibus peractis, affluenti populo benedixit et suam episcopalem [3] indulgentiam, de suo mandato publicatam, confessione praemissa, impartitus est. Quibus absolutis, ad aedes suae mansionis restitutus, quievit et incoenatus pernoctavit. Die dominico mane XI octobris anno 1750. Illustrissimus et reverendissimus praesul antedictus summo mane huius die surrexit pro consecratione facienda antedictae parochialis ecclesiae omnibusque ob id dispositis, in ecclesiam ipsam descendit et eiusdem consecrationem, servatis ritibus a pontificali romano praescriptis, absolvit, de qua consecratione confectum et publicatum fuit instrumentum infrascripti tenoris, videlicet: Consecratio ecclesiae parochialis de Cereta, veronensis diaecesis, sub titulo beatae Mariae Virginis et sancti Zenonis episcopi et martyris. In Christi nomine amen. Per hoc praesens publicum documentum cunctis ubique pateat et notum sit qualiter anno a Nativitate Domini nostri Iesu Christi millesimo septingentesimo quinquagesimo, indictione decima tertia, die vero dominico undecimo mensis octobris, pontificatus autem sanctissimi in Christo patris et domini nostri domini Benedicti, divina providentia papae XIV anno eius undecimo. Illustrissimus et reverendissimus in Christo pater et dominus dominus Ioannes Bragadenus, Dei et sanctae sedis apostolicae gratia episcopus veronensis, comes et cetera, [3^v] sanctissimi domini nostri papae praelatus domesticus et assistens et cetera, requisitus ab admodum reverendo domino Simone Zinza, moderno archipraesbytero et a dominis clericis venerabilis plebis Ceretae, qui, cum eorum parochialem ecclesiam reaedificari et in elegantem formam redigi atque ampliari fecerint, ad maiorem Dei gloriam et honorem atque sub invocatione beatae Mariae Virginis et sancti Zenonis episcopi et martyris veronensis, patroni titularium antiquae ecclesiae parochialis, temporum iniuria colapsae et ideo eam reaedificari in ampliorem formam necesse fuit, humiliter supplicaverunt dominationem suam illustrissimam et reverendissimam ut eam consecrare et dedicate dignaretur et vellet. Propterea, eorundem supplicationibus et precibus benigne annuens, se contulit personaliter ad praedictum locum Ceretae pro consecratione ecclesiae ipsius et dedicatione facienda nec non sua pastorali visitatione. Quare, enunciato et indicto ieiunio et a se atque ab ipso admodum reverendo archipraesbytero, dominis clericis et populo hesternae die observato paratisque sacris sanctorum Christi martyrum reliquiis, scilicet Felicis, Iucundi, Venerandae et Floridae, in capsula plumbea cum tribus granis thuris in ea repositis, una cum documento consecrationis huiusmodi in carta pergamena scripto, tenoris ut in eo infra registrato, quam bene clausit et cordula sericea rubri [4] coloris ad formam crucis alligavit suoque parvo sigillo episcopali, tribus in locis in cera hispanica rubra impresso, munivit celebratisque vigiliis et persolutis nocturnis cum diurnis laudibus totaque nocte iisdem sacris reliquiis in capella sancti sepulchri super altare decenter parato ab eodem illustrissimo et reverendissimo antistite collocatis, per eundem admodum reverendum dominum archipraesbyterum aliosque sacerdotes deveneratis caeterisque omnibus in ecclesia dispositis iuxta praescriptum pontificalis romani, duodecim crucibus super ecclesiae parietes in marmore sculptis, scilicet duobus a cornibus altaris maioris et reliquis a lateribus ecclesiae, hodie mane eandem ecclesiam ingressus est et, accensis duodecim candellis, una scilicet iuxta singulas cruces, exivit ab ecclesia cum clero et populo, altero tantum diacono parato sine dalmatica intus ecclesiam remanente clausaque porta, ad loculum perexit ubi hac mane sacrae reliquiae antedictae translatae fuerunt et inibi, septem salmis poenitentialibus recitatis, pontificalibus indutus, eidem inservientibus reverendissimo domino Iosepho Semprebono archipraesbytero plebis Sancti Ioannis in Vale ac sacrae congregationis Cleri intrinseci Veronae in pluviali, admodum reverendo domino Ioanne Zanetti archipraesbytero Suapii pro diacono et admodum reverendo domino Laurentio Carrara archipraesbytero Aspareti pro subdiacono, [4^v] rediit ante fores ecclesiae ubi, genuflexus in faldistorio et lithaniis decantatis aliisque orationibus recitatis, aquae benedictionem confecit et, solita antiphona decantata, forinsecus ter aspersit et benedixit parietes ecclesiae, illas circumeundo terque ostium baculo pastoralis percussit omnesque alias coere monias et benedictiones absolvit. Postea, decantatis hymnis et aliis orationibus iuxta rubricas, ingressus est in ecclesiam et alphabetum grecum atque latinum extremitate baculi sui pastoralis praedicti super pavimento in modum crucis inscripsit et aqua benedicta cum immistione salis, vini et cineris, cruces

super mensam altaris maioris confecit, septies altare ipsum terque totam ecclesiam circuevit et aspersit, facta quoque aspersione in medio ecclesiae ad quatuor mundi plagas coementum benedixit et sacras reliquias antedictas, processionaliter supra feretrum decenter ornatum a sacerdotibus delatas, associavit ad ecclesiam et ante fores illius sermonem habuit ad populum, decreta sacri Concilii tridentini contra turbatores ecclesiae alta et intelligibili voce publicari faciendo per admodum reverendum dominum Iosephum Ferrarini, mansionarium cathedralis Veronae et verba pontificalis ad antedictos dominum archipraesbyterum et clericos [5] ibidem flexis genibus existentes et humiliter supplicantes exposuit; qui eadem humilitate responderunt ut in scriptum eidem illustrissimo et reverendissimo praesuli exhibita et per me notarium de illius mandato lecta, promittentes se impleturos iussa pontificis et promissa manutenturos; quam scripturam mihi notario tradidit, in fine instrumeti huiusmodi registrandam. Fusis postmodum ad Deum precibus pro eis qui ecclesiam hanc reaedificaverunt atque illam consecrari petierunt, partem bonorum operum quae inibi fieri contingerit, ipsis concessit et, denuo sacris reliquiis delatis processionaliter, oleo chrismatis in forma crucis ostium ecclesiae ab extra linivit et, in ecclesiam ingressus, altaris consecravit sepulchrum et capsulam plumbeam, ut ante sigillatam, in eo collocavit, thurificavit et tabulam, sacro chrismate in modum crucis signatam atque linitam, supra sepulchrum aptavit signoque crucis chrismatis oleo formato, clausit sepulchrum ipsum, altare undique thurificavit, oleo cathecumenorum in medio et a cornibus quinque bis cruces confecit et similiter sacro chrismate semel atque iterum peregit et demum utroque oleo totum altare perunxit, prout etiam duodecim cruces super [5^v] parietes eodem sacro chrismate linivit et thurificavit, supra mensam altaris maioris quinque cruces ex incenso et alias quinque ex candella accensa fornivit. Quibus concrematis caeterisque aliis coeremoniis adimpletis, psalmis et orationibus recitatis iuxta pontificale altare ipsum totamque ecclesiam in honorem Dei omnipotentis, beatae Mariae Virginis et omnium sanctorum in titulum eiusdem beatae Mariae Virginis et sancti Zenonis episcopis et martyris, veronensis patroni atque illorum memoria et venerationem nec non sanctorum Christi martyrum Felicis, Iocundi, Venerandae et Floridae iuxta formam ipsius pontificali solemniter consecravit et anniversarium consecrationis seu dedicationis huiusmodi in diem dominicam tertiam octobris cuiuslibet anni in perpetuum, auctoritate sua qua fungitur et ad eiusdem domini archipraesbyteri et clericorum supplicantium instantiam statuit, praefixit et decrevit. Sacras deinde suppellectiles altaris, secundum formam pontificalis praedicti benedixit et benedictionem suam episcopalem cum indulgentia in forma ecclesiae consueta concessit et impertitus est. Super quibus et cetera. Acta fuere praemissa omnia et singula anno, mense, [6] die atque pontificatu quibus supra; lecta vero et publicata, alta et intelligibili voce, per me Iosephum Bovium, notarium Veronae collegiatum et curiae episcopalis actuarium, coram sua illustrissima et reverendissima dominatione stantem, praesentibus admodum reverendis dominis Sancte Filippi archipraesbytero Terratii, Iacobo Riva archipraesbytero Bodoloni, Alexandro Galli archipraesbytero Sancti Ioannis Lupatoti et Iosepho Michelio curato Sanguinetti, veronensis diaecesis nec non nobilibus dominis comitibus Felice Cossali quondam nobilis domini comitis Dominici, Horatio Verza Vastaverza quondam nobilis domini Philippi, comite Alexandro Pompei quondam nobilis domini Ioannis Alexandri et Octavio Alcenago quondam nobilis domini Camilli aliisque quampluribus testibus et cetera. Tenor autem documenti et supplicationis, de quibus supra, talis est, videlicet: MDCCL die XI mensis octobris. Ego Ioannes Bragadenus, episcopus veronensis, consecravi ecclesiam et altare hoc in honorem beatissimae Virginis Mariae et sancti Zenonis pontificis et martyris et reliquias sanctorum martyrum Felicis, Iocundi, Venerandae et Floridae in eo inclusi et singulis christifidelibus hodie unum annum et in die anniversario consecrationis huiusmodi ipsam visitantibus quadraginta dies de vera indulgentia in forma ecclesiae consueta, concessi. [6^v] Illustrissime et reverendissime praesul. Aedificata a fundamentis ecclesia parochialis huius plebis nostris impensis sub titulo Beatae Mariae Virginis Mariae et Sancti Zenonis episcopi veronensis et martyris atque huius diaecesis praecipui patroni, humili obsequio nos, archipraesbyter et clerici eiusdem plebis supplicamus ut dominatio vestra illustrissima et et reverendissima dignetur solemniter ipsam ecclesiam consecrare sub eodem titulo, quam nosmet iuxta constitutiones veronensis ecclesiae et antiquam consuetudinem pro rata respective manutenere promittimus, nosmetipsos et successores nostraque beneficia ut supra obligantes. Insuper

suppliciter petimus a dominatione vestra illustrissima et reverendissima, auctoritate qua fungitur, ut dignetur transferre annuam solemnitatem dedicationis et consecrationis huiusmodi ecclesiae in dominicam tertiam octobris cuiuslibet anni, tamquam diem liberam et ab aliis maioribus officiis non impeditam. Hac die XI octobris 1750. Simon Zinza, archipraesbyter. Bartholomaeus Bertagna, gubernator. Benedictus Gerardi, electus.

Quibus peractis, pontificali ritu illustrissimus et reverendissimus praesul adstitit solemnem missam quam admodum reverendus dominus Simon Zinza, ad hanc regendam plebem ingrediens, celebravit, plaudente [7] universo populo musicisque cantantibus. Inter hanc missam suum primum parochialem sermonem habuit, quo populum sibi commissum de ritu consecrationis, rara eruditione, docuit, mysticam etiam eius significationem ostendens ac demum, sui ministerii obligationibus adposite enarratis, opem suam sequi ipsum omnibus sibi commissis spondit eosque plurimum suavitatis ut de prompto suo animo confiderent. Hisce expletis, illustrissimus et reverendissimus antistes, plurimum defatigatus, ad aedes suae mansionis restitutus quieti se dedit et prandium sibi paratum sumpsit. Die antedicta post prandium XI octobris 1750. Convocato clero et populo ad ecclesiam Beatae Mariae Virginis, olim *del Capitello* nuncupatam, ubi hucusque, dum aedificaretur parochialis ecclesia, sanctissima Eucharistia servata fuit, illuc etiam illustrissimus dominus vicarius generalis accessit ut, processione rite constituta, idem augustissimum Sacramentum susciperet, ad ecclesiam parochialem delaturus. Sacris vestibus ornatus, adorato de more eodem divino Sacramento, praecedentibus mulieribus, confratribus societatum cappa indutis, reverendis patribus carmelitis – in conventu sancti Viti intra fines huius Pareciae degentibus – nec non clero saeculari, in quo plurimi parochi finitimi super pelliceis [7^v] induti erant, ministrantibus in officio diaconi et subdiaconi, admodum reverendi domini Sanctes Merzari archipraesbyter Castanearii et Sanctes Filippi archipraesbyter Terratii, idem Sacramentum ad ecclesiam parochialem transtulit ibique, benedictione populo – qui frequentissimus erat et a pluribus nobilibus viris condecoratus – impartita, restituit. Quibus absolutis, ad aedes antedictas rediit et quievit.

[A margine: CERE] Die lunae mane 12 octobris 1750. Illustrissimus et reverendissimus dominus dominus episcopus antedictus, facto mane, omnibus in ecclesia dispositis, ad portas aedium suae mansionis descendit, in quibus sub baldachino – a sex sacerdotibus gestato – receptus, super pulvinaribus stratis genuflexus, crucem sibi oblatam ab admodum reverendo archipraesbytero pluviali induto adoratus et deosculatus est; populo, confratribus societatum cappis indutis et clero processionaliter praecedentibus et solita decantantibus, ecclesiam parochialem adivit, in cuius limine sistens, aqua benedicta, aspergillo ab eodem domino archipraesbytero accepto, se signavit, populum aspersit et thurificationis honorem recepit. In ecclesiam progressus, ante altare maius genuflexus, preces Deo fudit; decantatis interea titularis oratione aliisque precibus de more, altare ipsum ascendit, populo benedixit suamque episcopalem indulgentiam, de [8] suo mandato publicatam, confessione praemissa, impertitus est. Mox ad thronum in cornu evangelii paratum venit, in quo, sumptis sacris violacei coloris vestibus, exequias pro defunctis in ecclesia et coemeterio eidem proximo, quod et visitavit, persolvit. Dimissis violacei coloris sacris indumentis albisque sumptis praemissisque debitis adoratione, hymno et thurificatione, visitavit sanctissimum Eucharistiae sacramentum, in pixide argentea intus inaurata, nuper piorum eleemosinis parata et in tabernaculo marmoreo decenter constructo, sub sera et clavi, quae est argentea, servatum et tute custoditum, iuxta monita a sua illustrissima et reverendissima dominatione in suis enciclicis litteris data. Ex factis perquisitionibus, habuit hoc divinum Sacramentum debitis temporibus renovari. Vidit aliam parvam pixidem cupream auratam, in cuius cupa clauditur vas argenteum inauratum pro communicandis infirmis, cui usui etiam adhibetur amygdala argentea intus inaurata, quam vidit. Visitavit ostensorium, quo publicae venerationi exponitur hoc Sacramentum quodque est argenteum quaeque omnia, cum sint rite instructa, approbavit. [8^v] Exponitur autem hoc divinum Sacramentum singulis tertiis dominicis mensis et singulis tertiis feriis Quadragesimae ac praeterea omnibus aestatis diebus dominicis, piorum eleemosynis collatis, sed in hebdomada maiori fit expositio quadraginta Horarum, impensis societatis sub eodem titulo. Defertur etiam idem sanctissimum Sacramentum ad infirmos et societas Corporis Domini nuncupata providet de intortitiis et

de decentibus suppellectilibus, inter quas vidit baldachinum, umbellam, vexillum, fanalia caeteraque necessaria pro illius decenti associatione. Animas sub hac cura quae communicant ad numerum 3.000, in totum vero ad numerum 3850 ascendere cognovit. Interrogatus reverendus curatus an in tempore Paschatis communicatis distribuantur schedae, respondit hucusque schedas distributas non fuisse. Interrogatus an Paschate proxime praeterito aliqui fuerint, qui ecclesiae praecepto non paruerint, respondit aliquos defuisse huic obligationi, quorum nomina suae illustrissimae et reverendissimae dominationi patefaciet. Cognovit etiam lampadem diu noctuque accensam manuteneri impensis admodum reverendi domini Aarchipraesbyteri et dominorum clericorum [9] huius plebis, qui etiam provident de cereis. Posthaec eodem sanctissimo Sacramento populo frequenti benedixit. Reposito divino Sacramento, sacerdotalibus indumentis vestitus, sacrosanctum missae sacrificium celebravit et quingentos circiter utriusque sexus christifideles eucharistico Pane propriis manibus cibavit. Dum haec agerentur, illustrissimus dominus vicarius generalis visitavit altare sub titulo sanctissimi Corporis Domini, quod est Societatis eiusdem tituli, a qua manutinetur. Impensis ipsius societatis, nova ecclesia raedificata, erectum est ex perpolitibus marmoribus ipsum altare, quoad portatile, gradus a candelabris et bases columnarum nec non custodiam pro servando sanctissimo Sacramento in maiori hebdomada, vel occasione aliarum functionum, prout opus est et habet iconam nuper pictam a domino Petro Peroti veronense. Idem altare citius perficietur impensis iisdem, cum haec societas habeat suos redditus et onera ut in pollicea exhibita et, una cum aliis, in fine huius libri posita ad litteram AA. Huius altaris cappellanus est reverendus dominus Vincentius Tessadri, qui celebrat singulis diebus festis et semel in hebdomada [9] cum eleemosina iuxta decreta synodalia pro obligationibus eiusdem societatis. Altare sub titulo sanctissimi Rosarii, nuper item erectum ex marmoribus, impensis societatis eiusdem tituli, ad quam spectat et a qua de omnibus providetur; nunc adest mensa altaris, gradus et bases columnarum; habet portatile et iconam a Tinctoretto pictam. Haec societas habet redditus et onera ut in pollicea, in fine huius libri posta ad litteram A A, quam exhibuerunt confratres, exponentes difficilis executionis redditus huius societatis existere, ita ut plurimum dispendiis gravetur societas, qua re supplicaverunt ut in eadem pollicea exprimitur, ad effectum ut dictae societati resservetur quarta pars eorumdem reddituum, ad compensationem huiusmodi impensarum. Qua expositione et supplicatione audita, interrogavit confratres utrum haberent testatas dispositiones ex quibus testatorum voluntas cognoscatur, ut eorum mens legitime interpretetur; cui cum responsum fuerit testamenta apud societatis procuratorem in civitate existere, quibus idem procurator utitur ad defendenda iura societatis praedictae, dominatio sua illustrissima et reverendissima sibi resservavit interpretationem [10] et, quatenus opus fuerit, redentionem, cum primum legatorum fundamenta praesentata sibi fuerint et ita et cetera, omni et cetera. In hoc altari celebrant admodum reverendus archipraesbyter et reverendus dominus Dominicus Caldana, pro oneribus societatis supradictae. Altare sancti Rochi, nuper erectum ex marmoribus quoad mensam, gradus a candelabris et bases columnarum et habet portatile cum icona depicta, quae tamen nec altari nec ecclesiae elegantiae convenit; nullos habet redditus nisi tronorum 18.12, sed a societatibus huius ecclesiae manutinetur ex piorum eleemosinis et in eo celebratur ex devotione. Altare sanctae Luciae, quod olim spectabat ad nobilem familiam de Medicis, prout in visitatione anni 1716; nunc autem – prout assertum fuit – spectat ad nobilem familiam dominorum marchionum Gabrielis et fratris de Dionisiis, ex cessione a praedictis nobilibus de Medicis facta. Ipsum altare exurgit ex marmoribus collustratis quoad mensam, gradus et bases columnarum, impensis ipsorum fratrum de Dionysiis; adhuc tamen portatile in eo non est collocatum, sed satis est decenter ornatum. Nullam constat in eo adesse obligationem nec dotem constitutam pro eius manutentione, sed a patronis omnino est manutenendum. [10] Altare sub titulo beatae Virginis Mariae a Spasimo nuncupatae, raedificatum in mensa, gradibus et basibus columnarum ex marmoribus, impensis societatis sub eodem titulo, cum portatili et icone depicto ab antedicto domino Petro Peroti, quae societas habet redditus et onera prout ex pollicea exhibita et in fine huius libri ad litteram AA reposita; ab eiusdem confratribus exponentibus capitale pro quo exigitur fructus tronorum 77.10 a reverendo domino Dominico et fratribus Caldana, quod est ducatorum 250 olim fuisse ducatorum quingentorum, ex quibus ablata fuit medietas, scilicet ducatorum 250, pro raedificandis altaribus quatuor societatum huius parochialis, quod actum fuit, cum ex sola medietate, scilicet ex capitali

ducatorum 250, tantum percipi possit quantum sufficiat ad unam missam in hebdomada, celebrari faciendam iuxta legatum quondam dominae Ursulae Mazzante Manfredi; deinde supplicaverunt ut quarta pars reddituum societati assignetur pro impensis in difficili exactione faciendis. Quibus intellectis, monuit confratres ut, ex fructibus societatis, quamprimum fieri poterit restituatur medietas capitalis ducatorum quingentorum, quod futuris temporibus intactum erit servandum pro [11] celebratione missarum iuxta legatum et pro beneficio societatis. Quoad vero supplicationes sibi porrectas, illustrissimus et reverendissimus dominus dominus episcopus sibi reservavit decernere visis fundamentis respectivarum obligationum et ita et cetera. Hae quatuor societates – scilicet Corporis Christi, sanctissimi Rosarii, sancti Rocchi et beatae Virginis Mariae a Spasimo – quamvis distinctae inter se sint suosque distinctos redditus et onera habeant, quae – ut assertum fuit – adamussim adimplentur, nihilominus redditus iidem administrantur et onera eadem adimplentur per capitulum nuncupatum Quatuor Societatum, quod coalescit ex confratribus cappatis societatum earumdem, ex quibus singulis quatuor eliguntur, unde numerus huius capituli est sexdecim reggentium. Finito vero biennio suorum officiorum, sexdecim veteres reggentes eligunt octo circiter reggentes novos, qui locum impleant octo reggentium officio defunctorum. Altare assertae societatis Quadragesima Horarum, quae tamen canonice adhuc ad effectum spiritualis confratrum profectus ecclesiastica auctoritate erecta non fuit, quamvis – decreto serenissimi principis in consilio rogatorum diei 3 augusti 1730 – probata fuerit quoad temporale eius gubernium et distincta unio est a societate canonice erecta Corporis [11] Christi, ut constat ex iudicio excellentissimi collegii diei 30 mensis iulii 1742, exhibito, viso et restituto, cuius unionis impensis hoc altare erectum est, ex marmoribus perpolitum quoad mensam, gradus et bases columnarum et ab ea manutinetur et sodalium eleemosynis, cum nullos habeat redditus aut onera; habet portatile et est satis ornatum; quapropter moniti eiusdem unionis sodales ut canonicam huiusmodi societatis erectionem impetrent, humilibus precibus oraverunt suam illustrissimam et reverendissimam dominationem ad hoc ut ipsam societatem probaret suaque auctoritate quoad spiritualem eius profectum confirmarent, exhibentes capitulorum copiam, quae e serenissimo principe praecitatis ducalibus 2 iunii 1730 approbata fuerunt quaeque in fine huius libri posita sunt ad litteram AA. Cum vero piam huiusmodi societates institutionem omnino cognoverit et in iisdem capitulis eadem pietas manifestetur ac parochiali iuri nullum praeiudicium inde inferatur, ex protestatione praesertim confratrum expressa in supplicatione serenissimi principis ac etiam ex enunciativis capituli septimi et octavi ideoque, supplicationibus sibi porrectis benigne annuendo, eadem societatem, quoad spiritualem eiusdem progressum [12] et iuxta praefata capitula, probavit et suae auctoritatis robore confirmavit, quatenus diversa sit revera a societate sanctissimi Sacramenti, cum in una parochia una tantum societas sub eodem titulo erigi possit et ita et cetera, omni et cetera. Altare maius, ex praetiosis marmoribus, reaedificata ecclesia, eleganti et ornata forma erectum, quod heri solemniter consecratum fuit. In hoc altari imagines sculptae a domino Iosepho Schiavi, insigni sculptore veronensi ad latera collocatae conspiciuntur, quarum prima est beatae Mariae Virginis Immaculae Conceptae, altera sancti episcopi et martyris Zenonis, sub quorum titulo ecclesia haec dicata fuit; in medio autem eiusdem altaris assurgit sacra imago Christi Domini crucifixi. Adest in eodem altari tabernaculum marmoreum, eadem eleganti et ornatae formae factum, cuius ostium a porta clauditur inaurata. Huius ipsius altaris manutenendi obligatio spectat ad dominum archipraesbyterum et dominos clericos huiusmet plebis. Visitavit sacristiam, quae modo erecta fuit, satis ampla et regulari forma constructam et in ea vidit sacras suppellectiles et vasa sacra, prout in pollicea exhibita et in fine huius libri posita ad litteram AA, de quibus sufficienter provisam esse invenit. [12] Illustrissimus et reverendissimus dominus dominus episcopus subinde, pastorali suae visitationi incumbens, visitavit fontem baptismalem, in loco ad hoc constructo iuxta maiorem portam ecclesiae, rastro ferreo et sera tute munito. Vidit confessionalia, provisionaliter in ecclesia collocata pro excipiendis sacramentalibus christifidelium confessionibus, donec nova construantur. Vidit custodiam in cornu evangelii pro servandis oleis sanctis, rite constructam et tute clausam. Observavit vascula eorumdem oleorum sanctorum ac etiam duo vascula pro oleo infirmorum, quorum altero utitur dominus archipraesbyter, altero eius curatus et rite sunt elaborata. Vidit vascula maiora, recte riteque instructa, in capsula nucis sera et clavi munita, servata pro accipiendis iisdem oleis sanctis, quae recipiuntur a cathedrali

Veronae. A parte epistolae aliam custodiam vidit pro sacris reliquiis custodiendis, in qua tamen ad praesens nullae sunt. Post haec ad aedes suae mansionis reversus, prandium sumpsit et quieti indulsit. [13] Die antedicta 12 octobris 1750 post prandium. Congregata schola doctrinae christianae in ecclesia parochiali per consueta signa, in eadem illustrissimus et reverendissimus praesul descendit, ubi, adorato augustissimo Sacramento, diversis classibus puerorum ac puellarum dispositis, iussit ut sacrum opus incoaretur; circumivit classes ipsas, quas tamen nulla methodo servata celebrari cognovit. His actis, praecepit ut publica interrogatio fieret per reverendum curatum. Admodum reverendus dominus archipraesbyter exercitium adpositis verbis incepit et eius reverendus curatus plures ex pueris et puellis interrogavit. Sua illustrissima et reverendissima dominatio attente audivit interrogationes et responsa, ex quibus distingueret quis catechismus hucusque in hac plebe institutus fuerit; intimo sui cordis maerore observavit vix ac ne vix quidem populum esse in lege christiana instructum ac deinde, intimato exercitii termino, dominus archipraesbyter plurimis verbis et efficaci oratione populum hortatus est ut conveniat ad hoc ipsum exercitium, cum ipse paratus sit frangere panem exurentibus. Illustrissimus et reverendissimus antistes thronum suum conscendit et ex eius cathedra, pastorali concione, ostendit quam necessarium sit calere doctrinam christianam, [13^v] qua obligatione teneantur patres familias ad filios et servos suos compellendos ad illam ediscendam et quove onere adstricti sint ecclesiastici viri ad ipsam laicis tradendam. Hoc opus tandem admodum reverendus archipraesbyter, vicarius foraneus huius ecclesiae, suscipiat et exercent – prout eius gravitas indiget – quod maxime eius sollicitudini comendatur. Subinde se contulit ad visitanda oratoria infrascripta et primum [a margine: San Procolo] visitavit ecclesiam seu oratorium sub titulo Sancti Proculi, unitam hospitali sub eodem titulo, quo conveniunt peregrini et ibidem suscipiuntur et ad hoc tria lecta habentur et, si fortasse infirmitate afficiuntur, iis per massarium a communitate electum consulitur. Idem hospitale et ecclesia habent suos redditus et onera ut in policea exhibita et in fine huius libri posita ad litteram AA. Unicum in hoc oratorio adest altare, cum portatili et icona, quod visitavit, cuius altaris mensa est marmorea, caeterae eius partes lignae; in eo celebrat ter in hebdomada reverendus dominus Dominus Caldana, a communitate ad id deputatus. Retro idem altare vidit thronum; visitavit etiam sacristiam, in cornu epistolae sitam et in ea sacras [14] suppellectiles ac vasa sacra ad missae celebrationem necessaria et laceravit eas quae minime sacro ministerio conveniunt. Ordinata. Rimulae circum portatile altaris obturentur – non utantur sacerdotes planeta lanea albi coloris, donec in meliorem formam redacta sit – provideatur de planeta, stola, manipolo, velo et bursa coloris viridis – mundities quoad albas et caetera ornamenta sacerdotalia servetur – sacerdotes in celebratione missae non utantur vino rubro, sed albo, iuxta ecclesiasticas constitutiones – provideatur de biretis sacerdotalibus – in sacristia aptetur vas ex quo depluat aqua ad manus sacerdotum abluendas ibique semper sit manutergium mundum ad illas abstergendas – occasione solemnissimae processions Corporis Christi aut quacumque alia, non deferatur imago ex ligno sculpta representans Servatorem Dominum nostrum Iesum Christum quae est in vestibulo huius oratorii – erigatur crux ferrea in culmine ecclesiae. Quibus habitis et cetera. [14^v] [A margine: Beata Vergine Maria del Capitello] – Visitavit oratorium Beatae Mariae Virginis, vulgo *del Capitello* nuncupatum, quod, occasione visitationis illustrissimi et reverendissimi domini domini Marci Gradonico praedecessoris sui anno 1716 peractae, ab eodem antistite solemnissimae ritibus benedictum fuit, ut exinde missa et functiones sacrae in eodem celebratae fuerunt. Hoc oratorium, quod piorum eleemosinis erectum fuit, iisdem eleemosinis manutinetur. In eo custoditur sacra imago beatae Virginis Mariae, supra altare posita et in muro depicta, christallis munita, quam devotae incolae huius plebis et extranei colunt ac venerantur. Eleemosinae a fidelibus collatae administrantur a deputatis ab hac spectabili communitate. Nullum legatum nullumque onus extat, nec propterea aliquis redditus habetur. In hoc altari tamen celebrat reverendus dominus Dominicus Caldana diebus festis, stipe sibi data a praedictis deputatis, iuxta constitutiones ecclesiasticas; quam stipem ipsi deputati suppeditant ex eleemosinis quas colligunt et missae applicantur pro benefactoribus. Altare est marmoreum cum portatili et adest custodia quaedam in qua adhuc sanctissima Eucharistia servata fuit dum ecclesia parochialis aedificaretur; numquam tamen in eadem custodia servatur divinum Sacramentum, [15] nisi ex licentia reverendi archipraesbyteri in die prima dominica mensis iulii. Retro ipsum altare adest mensa, ex muro

constructa cum portatili, quod tamen non est mensurae canonicae, in qua hucusque sacrosanctum missae sacrificium celebratum fuit ac praesertim eo quod parochialis ecclesia apta non erat sacris ministeriis. Vidit etiam ibidem veluti chorum cum exedris, ex nuce elaboratis. Visitavit sacristiam et in ea sacras suppellectiles et vasa sacra, de quibus bene provisum invenit quaeque descriptae sunt in pollicea exhibita et in fine huius libri posita ad litteram AA. Vidit campanile, in quo sitae sunt duo campanae. Vidit etiam duo confessionalia amovibilia, tenta in hac ecclesia de licentia domini archipraesbyteri pro excipiendis sacramentalibus utriusque sexus christifidelium confessionibus nec non organum et totam ecclesiam, bene tentam et sufficienter provisam. Ecclesia haec et sacristia custodiuntur a devoto eremita Francisco Girelli, non procul hinc degente qui, interrogatus num obtinuerit mandatum episcopale, respondit quatuor ab hinc annis hanc ecclesiam et sacristiam [15] custodire et nihilominus non habere huiusmodi mandatum; quapropter monitus ut, delatis attestationibus sui reverendi archipraesbyteri iuxta constitutiones, supplicet pro mandato termino dierum quindecim, alias decerneretur quod dimittat habitum eremiticum. Ordinata. Suspenditur mensa ex muro quae est retro altare, ne deinceps in ea celebretur et ad hoc amoveatur portatile in ea existens – provideatur planeta cum stola, manipulo, bursa et velo coloris viridis. His actis, ad aedes praefatas restitutus, quieti indulset et absque cibo obdormivit. Die martis mane 13 octobris 1750. Illustrissimus dominus vicarius generalis summo mane se contulit ad visitanda oratoria infrascripta. Et primum [a margine: Beata Vergine Maria del Rosario in Paganina] visitavit publicum oratorium sub titulo Beatae Virginis Mariae a Rosario, in contracta Paganinae, de iure nobilis domini Iulii Parma Lavezzola, erectum anno 1721, ut constat ex inscriptione in apice eius altaris posita in haec verba: “Deo Optimo Maximo. Nobilis dominus Tiberius Lavezzola iussit erectionem a fundamentis et pro quotidiana missa dotavit anno 1721”. [16] Unicum in eo extat altare, marmoreum cum portatili et icone depicto. Oratorium ipsum eleganter est constructum nihilque eidem et eius altari deest quoad cultum et ornamentum. Retro altare est sacristia, in qua et in armario ex nuce extant sacrae suppellectiles et vasa sacra pro celebratione missae, de quibus provisum esse invenit quaeque descriptae sunt in pollicea in fine huius libri posita ad litteram AA. Huius oratorii cappellanus est reverendus dominus Ioachim Mainardi, sacerdos de Sancto Petro Lemniaci, qui quotidie celebrat iuxta obligationem expressam in inscriptione superiori. Extat et vidit campanile cum unica campanula. Quibus habitis et cetera. [A margine: San Paolo in Palesella] Visitavit oratorium publicum sub titulo Sancti Pauli in contracta Palesella, de ratione eiusdem contractae, in quo tria sunt altaria: maius scilicet, divo Paulo dicatum, marmoreum nuper ibidem erectum cum portatili, satis decenter ornatum. Altare beatae Mariae Virginis Garatiarum nuncupatae, ex muro constructum cum portatili, ubi adest imago ex ligno sculpta eiusdem beatae Mariae Virginis, sub crystallis servata, quae sufficienti ornamento collitur. Altare sancti Antonii patavini, ex muro erectum cum [16] portatili, in quo adest imago eiusdem sancti, ex ligno sculpta, quod ornatum satis existit. Vidit sacristiam prope altare maius et in ea visitavit sacras suppellectiles et vasa sacra ad missae celebrationem necessaria, de quibus sufficienter provisum invenit, excepto paramento nigri coloris, quod deest quaeque suppellectiles leguntur in pollicea exhibita et in fine huius libri posita ad litteram AA. Adest campanile, in quo appensae existunt duo campanae. In hoc oratorio celebrat diebus festis reverendus dominus Sanctes Tombara de Englario, huius diaecesis. Ipse cappellanus docet diebus festis pueros doctrinam christianam in hac ipsa ecclesia, ex reverendi parochi commissione et vespera celebrantur eodem assistente et pro stipe missae praedictae aliisque ut supra a vicinia percipit minalia triginta frumenti, unum plaustrum cum dimidio vini et pallos quingentos ligneos. Vidit tres capsulas pro colligendis eleemosinis, quae de licentia reverendi parochi, ut in postrema visitatione anni 1716, ibidem servantur. Vidit duo fanalia, umbellam et amygdalam pro communicandis infirmis quoties reverendus parochus opportunum [17] id credit, a quo sacerdos ad id deputatur. Hoc oratorium et eius altaria nec non suppellectiles in sacristia a vicinia huius loci manentur. Ordinata. Provideatur quamcitus apparatus nigri coloris – exequatur ordinatio postremae visitationis anni 1716 de labro cum manutergio in sacristia ponendo – rima quae in frontispicio oratorii est omnino obturetur – errigatur crux ferrea in culmine tecti ipsius oratorii. Quibus habitis. [A margine: Sant’Anna in Ramedello] Visitavit publicum oratorium sub titulo Sanctae Annae in contracta Ramedelli nuncupata, intra fines plebis Ceretae, de ratione nobilis domini Oratii Verza Vastaverza, in quo

unicum est altare, marmoreum cum portatili et icone depicto, quod – prout ipsum oratorium – religiose et ornate instructum existit. Retro altare vidit sacristiam et sacras suppellectiles, descriptas in inventario exhibito et in fine huius libri posito ad litteram AA, quas ornatas et diviti forma instructas cognovit, iuxta pietatem et religionem nobilis patroni. Nulla adest in eo obligatio missarum, sed celebrat in eo reverendus dominus Vincentius Carmagnani cappellanus, ex devotione [17^v] nobilis patroni. Quibus habitis et cetera. [A margine: Beata Vergine Maria del Rosario in Ca' de Lago] Visitavit publicum oratorium sub titulo Beatae Virginis Mariae sanctissimi Rosarii, in contracta Ca' de Lago nuncupata, intra limites plebis Ceretae, de iure nobilium dominorum marchionum Gabrielis et fratris de Dionysiis, in quo unicum est altare, marmoreum cum portatili et icone depicto. Hoc oratorium et altare omni eleganti arte constructum apparet nihilque deest ad eius ornamentum. Super altare extat custodia in qua custoditur reliquia ex sacro ligno sanctissimae Crucis Domini nostri Iesu Christi, alias in hac curia recognita. Visitavit sacristiam inibi adnexam, in qua vidit suppellectiles et vasa sacra pro celebratione missae, de quibus decore provisum invenit, ut ex pollicea exhibita et in fine huius libri posita sub littera AA. Extat campanile cum unica campanula. Vidit denique facultatem erigendi hoc ipsum oratorium, ab hac curia episcopali concessam die 19 octobris anno 1740. In hoc oratorio celebrat reverendus dominus Iacobus Ferrarese, sacerdos huius plebis Ceretae, adimplens obligationem quam habet haec nobilis familia, missarum quadraginta novem, ex legato praedecessorum eiusdem familiae [18] aliasque missas celebrat ex devotione nobilium patronorum, a quibus stipem accipit. Quibus habitis et cetera. [A margine: sant'Antonio abbate in Piaton] Visitavit publicum oratorium sub titulo Sancti Antonii Abbatis, in contracta Piatoni nuncupata, infra limites plebis Ceretae de iure nobilis domini comitis Hieronymi Franco. Unum est in eo altare, marmoreum cum portatili et icone depicto. Hoc oratorium erectum fuit anno 1734, cum facultate huius curiae data sub die 26 augusti eiusdem anni. Obtinuit nobilis patronus speciale indultum a felicis recordationis sanctissimo domino nostro papa Clemente XII, datum sub die 5 maii 1734 et executum die 21 eiusdem mensis in hac ipsa curia ut aperiat ianuam et fenestram ad ipsum oratorium, ad effectum ut in ipso, quae ianua habet ingressum ad aedes privatas. Adest custodia ex marmore super gradus altaris, in qua servatur sacra reliquia ex ligno sanctissimae Crucis Domini nostri Iesu Christi, in theca argentea ovalis formae, unico crystallo cooperta et sigillo huius curiae munita. Visitavit sacristiam et in ea apparamenta et vasa sacra, descripta in pollicea in fine huius libri posita ad littera AA quae, cum sint ornata et praeciosa, ut convenit [18^v] ea ex pietate nobilis domini comitis patroni comendanda. Vidit campanile, in quo sitae sunt duo campanae. Nulla in hoc oratorio adest obligatio missarum, sed in eo celebratur ex devotione nobilis domini comitis patroni. Quibus habitis et cetera. [A margine: San Zeno] Visitavit ecclesiam Sancti Zenonis, quae fuit vetus plebs, admodum antiqua, ut ex eius forma cognoscitur. In ea unicum modo extat altare; nam duo alia, quae in postrema visitatione anni 1716 enunciantur suspensa, remota fuerunt. Altare istud habet formam antiquam, sed mensae marmoreae additae sunt partes lignae, ut perficiatur mensa iuxta morem praesentem, in qua adest portatile et est altare ipsum satis provisum. Admodum reverendus dominus archipraesbyter suppeditat stipem ducatorum triginta reverendo domino Petro Bianchini, ut in hac ecclesia celebret diebus festis. Hoc oratorium manutinetur a domino archipraesbytero et clericis huius plebis. Vidit sacristiam adnexam, angustis formae et in ea apparamenta et vasa sacra ad missae sacrificium necessaria. Visitavit campanile, in quo duo sunt campanulae, [19] cuius parietes interiores multis in partibus sunt dirutae. Ordinata. Aptetur portatile in mensa ita ut parumper emineat et nullae appareant rimae inter idem portatile et mensam – locus sacristiae aptetur decentius, fornice illud tegendo – tabella pro praeparatione missae nova ponatur – labrum cum manutergio mundum ibidem collocetur – pes calicis novus uniatur et patena retro inauretur – armarium tutius collocetur pro servandis apparamentis – parietes interiores campanilis reparentur. Quibus habitis et cetera. [A margine: San Michel in Isolela] Visitavit publicum oratorium sub titulo Sancti Michaelis arcangeli in contracta Isolelae, infra limites plebis Ceretae, de ratione nobilium dominorum comitum Ioannis Mariae et Benedicti fratrum Mosconi, haeredum quondam domini Maphei Mosconi, eorum patru. Unicum in eo extat altare, marmoreum cum portatili et imagine sancti Michaelis ex marmore sculpta. Nulla est in eo obligatio missarum, sed in eo celebratur ex devotione nobilium dominorum patronorum. Visitavit sacristiam, apparamenta et vasa sacra, de

[19^v] quibus sufficienter provisum esse cognovit. Ordinata. Portatile cooperiatur tela cerata et rimulae circa illud obturentur. Quibus habitis et cetera. [A margine: Sant'Antonio di Padova] Visitavit oratorium publicum sub titulo Sancti Antonii patavini, situm in contracta Favalis infra limites plebis Ceretae, de ratione Antonii patru et Vincentii et fratris, nepotum de Sartorellis, haeredibus quondam domini Vincentii Sartorelli, a quo erectum et dotatum fuit pro celebranda una missa singulis diebus festis, quam praedicti patroni celebrare faciunt, piam praedictam dispositionem exequentes. Unicum extat in eo altare, ex muro constructum, quod est sufficienter provisum habetque portatile et iconam depictam. Retro altare est locus pro sacristia, in quo in armario ligneo sunt apparamenta et vasa sacra pro celebratione missae necessaria. Adest campanula in parvo campanili. Ordinata. Provideatur de planetis, stollis, manipulis, vellis et bursis violacei et viridis colorum - [20] ponatur in sacristia labrum cum suo manutergio, ad abluendas et abstergendas manus sacerdotum celebrantium. His actis, ad parochialem ecclesiam reversus est. Interea illustrissimus et reverendissimus dominus dominus episcopus antedictus, debito honore prosecutus, parochialem ecclesiam antedictam adivit, in qua, pia emissa praeparatione, sacerdotalibus indutus vestibus et servatis servandis, contulit primam clericalem tonsuram infrascriptis, scilicet: Aloysio Caldana, filio Iacobi de Cereta praedicta et Gaspari Tambara quondam Ioannis de Englario veronensis diaecesis et subinde sacrosanctum missae sacrificium absolvit; quo absoluto actisque Deo optimo maximo gratiis, supra mille quingentos utriusque sexus christifideles eucharistico Pane cibavit et aliis bismille pariter utriusque sexus christifidelibus confirmationis sacramentum ministravit. Quibus expletis, properata nimis hora, idem illustrissimus et reverendissimus praesul, plurimum defatigatus, ad suam mansionem reversus, paratum sibi prandium sumpsit et post prandium quieti indulisit. Die mercurii mane 14 octobris 1750. Facto mane, praelibatus illustrissimus et reverendissimus dominus dominus episcopus ad [20^v] parochialem ecclesiam antedictam, solito prosecutus honore, se contulit et, sacerdotalibus vestibus indutus, sacrosanctum missae sacrificium obtulit aeterno Patri et mille quingentos circiter utriusque sexus christifideles caelesti Pane paterno amore refecit et supra quatuor mille itidem utriusque sexus christifideles sacro chrismate in fronte perunxit. [A margine: Sant'Antonio di Padova] Dum haec agerentur, illustrissimus dominus vicarius generalis se contulit ad visitandum publicum oratorium sub titulo Santi Antonii patavini intra fines plebis Ceretae, de ratione nobilis domini comitis Antonii Medici, in quo unicum vidit altare, ex muro constructum cum portatili et icone depicto, satis sufficienter provisum. Vidit etiam sacras suppellectiles et vasa sacra pro celebratione missae necessaria. Ordinata. Erigatur sacristia, super cuius parietes construatur campanile, in quo ponatur unica campanula. Visitavit etiam privatum oratorium in aedibus nobilium dominorum comitum Alexandri et nepotis de Pompeis, quod vidit rite instructum et de omnibus, tam ad [21] ornatum quam ad sacrum faciendum, necessariis sufficienter provisum. Quibus peractis, illustrissimus et reverendissimus praesul, una cum illustrissimo domino vicario suo generali, ad saepedictam mansionem suam reversus, prandium sumpsit. Die antedicta 14 octobris 1750 post prandium. Illustrissimus et reverendissimus dominus dominus episcopus antedictus se contulit ad visitandas aedes parochiales; quo perventus eas visitavit et sufficienter instructas invenit atque in iisdem, una cum suo illustrissimo vicario generali, pro tribunali sedit et coram eo, de suo mandato vocati, comparuerunt: admodum reverendus dominus Simon Zinza, modernus archipraesbyter huius plebis, quam obtinuit per concursum et ostendit mandatum suae possessionis diei 10 iunii elapsi, ab hac curia relaxatum, executivum litterarum apostolicarum datarum Romae pridie nonas maii labentis anni nec non mandatum vicariae foranae diei 16 iunii praedicti. Obtulit etiam libros curae, matrimoniorum scilicet, baptizatorum, mortuorum ac status animarum, quos vidit et visitavit. Cum alias huic vicariae Ceretae subesset ecclesia Sanctae Mariae [21^v] de Aselonia huius diaecesis – eiusque reverendus curatus, sacerdotes – quae, ex causis animum suae illustrissimae et reverendissimae dominationis moventibus, provisionaliter subiecta fuit vicariae Englarii, ideo humiliter instetit per ipsam dominationem suam illustrissimam et reverendissimam decerni eandem ecclesiam illiusque reverendum curatum et clerum imposterum subire hanc vicariam prout antea erat subiecta; cui instantiae assentiente ipso reverendo curato Aseloniae ibidem praesente et ad id interpellato, illustrissimus et reverendissimus dominus dominus episcopus subiecit ecclesiam praedictam Aseloniae, eius reverendos curatum, sacerdotes et clericos admodum reverendo vicario

foraneo Ceretae, iuxta tenorem constitutionum et ita et cetera, omni et cetera. Insuper idem admodum reverendus archipraesbyter exposuit se novisse ecclesias Sancti Philippi Malavicinae et Sanctae Mariae de Aselonia filiales esse suae plebis et nihilominus deficere earum reverendos rectorem et respective curatum obsequiis quibus tenentur erga ecclesiam matricem, iuxta tenorem synodaliū constitutionum et antiquae consuetudinis ac etiam iuxta res iudicatas; quapropter instetit humilime ut per suam illustrissimam et reverendissimam dominationem, sua auctoritate, compellantur ad obsequia ipsa praestanda et ita et cetera. Qua expositione et instantia audita, illustrissimus et reverendissimus [22] dominus dominus episcopus sibi resservavit – auditis etiam rectore et curato praedictis – ad suam sedem reversus, decernere quidquid et cetera tamquam in visitatione et ita et cetera, omni et cetera. Interrogatus subinde de clero et populo et an in hac plebe adsint publici peccatores, haeretici vel de haeresi suspecti, concubinarii et alii huius generis, respondit nuper ingressum se esse ad hanc ecclesiam regendam ideoque vix cognoscere gregem suum; nihilominus praesentare, parendo mandatis in edicto huius visitationis, policeas (quae positae sunt in fine huius libri ad litteram AA) descriptas a reverendo domino Alexandro Sartorelli, curato suo, in una quarum apparet tres viros et quatuor feminas defuisse praecepto paschali; sed, cum compertum fuerit illustrissimo et reverendissimo praesuli, ex missionibus sacris ante visitationem factis, plerosque ex iis qui – ut supra – defuerunt fructus poenitentiae fecissent, eadem dominatio sua illustrissima et reverendissima hortatus est dictum archipraesbyterum ut attente cognoscat plebem suam et, si aliquos deprahenderit qui non obediant ecclesiae, vel sint scandalosi aut publici peccatores, eadem nomina sibi patefaciat, ut consulat eorum aeternae salutis. Comparuerunt postmodum, vocati, [22^v] reverendus dominus Alexander Sartorelli, sacerdos annorum 40 circiter, cum mandato pro cura animarum huius loci, ad annum confirmato die 13 martii 1750. Reverendus dominus Iacobus Scappini, sacerdos annorum 54 circiter, cum mandato pro cura animarum huius loci, ad annum confirmato die 18 septembris 1750, rector simplicis beneficii ad altare sancti Ioseph in plebe Salizzollarum, ut ex litteris huius curiae diei 13 mensis septembris 1724. Reverendus dominus Petrus Bianchini, sacerdos annorum 34 circiter, cum mandato pro cura animarum huius loci, ad annum confirmato die 4 martii 1750. Reverendus dominus Dominicus Caldana, sacerdos annorum 49 circiter, cum mandato pro cura animarum, ad annum dato die 3 iulii 1750. Reverendus dominus Iacobus Ferrarese, sacerdos annorum 32 circiter. Reverendus dominus Franciscus Ferrarese, sacerdos annorum 37, cum mandato pro cura animarum huius loci, ad annum confirmato die 7 aprilis 1750. Reverendus dominus Ioseph Rigatelli, sacerdos annorum 40 circiter, cum mandato pro cura animarum huius loci, ad annum dato die 11 septembris 1750. Reverendus dominus Paulus Antonioli, sacerdos annorum 50 circiter, [23] qui fuit canonice admonitus prout in actis criminalibus huius curiae. Reverendus dominus Vincentius Tessari, sacerdos annorum 36 circiter, cum mandato pro cura animarum huius loci, ad annum dato die 11 septembris 1750. Reverendus dominus Ioseph Mastena, sacerdos annorum 45 circiter, qui fuit canonice admonitus ut in actis criminalibus huius officii. Reverendus dominus Vincentius Carmagnani, sacerdos annorum 48 circiter, cum mandato pro cura animarum huius plebis, ad annum confirmato die 27 augusti 1750. Reverendus dominus Ioannes Antonius Tavella, sacerdos annorum 33 circiter. Comparuerunt subinde syndicus et consiliarii huius communitatis, qui, interrogati de vita et moribus sacerdotum et clericorum huius plebis et an in hac eadem communitate Ceretae sint publici peccatores, adulteri, concubinarii ac haeretici vel de haeresi suspecti, responderunt – Dei misericordia – nullos esse publicos peccatores, uno excepto qui publico concubinato exercet alioque qui, cum dirimens impedimentum habeat, illam ducere non potest cum qua rem habuit. Cum vero utrique alias innotuerint suae illustrissimae et reverendissimae [23^v] dominationi, sibi resservavit consulere eorum salutis forma et modo prout erit opportunius et ita et cetera. Comparuerunt etiam, vocati: frater Franciscus Ghirelli, haeremita ordinum haeremitarum sancti Augustini, ad custodiam oratorii Beatae Virginis Mariae nuncupatae *del Capitello* deputatus; frater Franciscus Malvezzi, haeremita huius loci, cui impositum fuit dimittere habitum haeremiticum. Venerunt denique Angela, relicta quondam Ioannis Gaspari et Tuscana, relicta quondam Ioannis Baptistae Bobatella, obstetrices huius loci, quae ab admodum reverendo archipraesbytero, de mandato illustrissimi et reverendissimi praesulis, examinatae circa formam baptismatis in casibus necessitatis conferendi, illas idoneas et bene instructas invenisse testatus est. Quoad vero

Dominicam Filippini, Angelam Grella et Angelam Bellagia, cum essent proprio ministerio impeditae, illas remisit examini peragendo a praedicto domino archipraesbytero et, quatenus aptas cognoverit, ut illas probaret concessit vel, si secus, reprobaret. His actis, visitavit domum parochialem viditque aliqua esse restauranda, quae tamen prompta reparatione non indigent, quapropter sibi resservavit [24] tempore opportuno decernere prout sibi expedire videbitur. E domo parochiali egressus, ad ecclesiam venit, omnes eius partes visitaturus. Primum lustravit exteriorem ipsam ecclesiam viditque apertum esse ostium per quod e coemeterio adscenditur ad locum pro organo paratum; observavit muros additus per quem illuc ascenditur tenues esse, unde, et quoad ostium praedictum et quoad murorum tenuitatem, neque tuta est ecclesia ab insidiis latronum neque tuta sunt sacra pixis et vasa sacra quae in tabernaculo servantur, praesertim cum fenestrae quae apertae sunt in loco supradescritto cratibus ferreis careant nulloque fulcimento clauduntur. Vidit etiam cappellas exteriores, quarum muri continue non sunt, cum aliquae eorum partes nondum perfectae fuerint. Posthaec monuit syndicum et consiliarios communitatis nec non reggentes societatum et patronos ut illico exequantur respective id quod est ordinaturus; aliter sibi resservavit translationem ab hac ecclesia parochiali sanctissimi Sacramenti, cum pati non possit ut differatur necessaria provisio pro tuta custodia sanctissimae Eucharistiae, [24^v] quod etiam maxime comendatum et peculiari decreto in postremis ducalibus serenissimi principis Venetiarum datis in excelso consilio Decem iussum fuit. Ingressus ecclesiam, quae adhuc caret pulpito et confessionalibus, quae provideri debent ab hac communitate, vidit supra portam minorem, a parte evangelii, murum non esse aequalem, cum fortasse ibidem poni suggestum cogitassent. Ascendit ad altare maius et, adorato divino Sacramento, videns paratum locum pro organo, interrogavit dominum syndicum an cito organum ponetur, qui respondit interim communitatem iussisse ut fieret capsula in qua organum conderetur ad hoc ut cesset saltem deformitas quae nunc apparet in loco digniori ecclesiae; quod, cum idem illustrissimus et reverendissimus dominus dominus praesul audisset, monuit ut quamtotius haec deformitas tolleretur, suadens etiam ut, statim ac communitas poterit, organum poneretur, quam monitionem exequi syndicus et consilarii huius communitatis promiserunt. Ingressus deinde sacristiam, designavit locum pro ostio aperiendo ad ingressum in locum organi. Iterum rediens intra ecclesiam, concessit, supplicationibus sibi factis benigne annuendo, ut aperiretur ostium [25] e regione portae baptisterii ad locum quod paratum est pro servandis rebus societatum quae ad cultum divinum spectant, dummodo tamen eiusdem loci murus sit tutus et fenestra seu fenestrae muniantur cratibus ferreis marmoribus circumdatis et tuta remaneat ecclesia. Interrogavit an scamna et genuflexoria ponenda sint in ecclesia cumque intellexisset plurimos esse inter nobiles et incolas huius paroeciae qui cupiant scamna et genuflexoria ponere, prout haec et illi habebant in veteri ecclesia parochiali, supplicationibus aulantibus sibi factis benigne annuendo, concessit ut ii qui rationem habebant quoad scamna et genuflexoria in veteri diruta ecclesia, in hac nova eadem scamna ponere possint ac valeant, ita tamen ut, nulli ac praesertim spectabili communitati, quatenus ius scamnorum habuisset, praeiudicium inferatur et scamna ac genuflexoria ponenda ex nuce omnia et singula fiant formaque uniformi et tantummodo collocentur duobus in locis in pavimento designatis, prohibendo ne ultra ea loca a quocumque et quolibet praetextu alia scamna, sedilia seu genuflexoria ponantur. Egressus ex ipsa ecclesia, vocavit dominos syndicum et consiliarios [25^v] communitatis suasitque ac monuit ut circum plateam ante ipsam ecclesiam muri saltem duorum pedum altitudinis erigerentur, ad hoc ut impediretur facilis aditus in ipsam plateam animalibus vel curribus quibus facile deturparetur et ad hoc ut maior reverentia ecclesiae conciliaretur, dummodo tamen nulli praeiudicium inferatur; quod, cum praedicti prudentes homines rectum et conveniens cognovissent suoque assensu probaverunt. Communitas haec eligit concionatorem a qua stipem accipit et munus suum exercet cum mandato et benedictione episcopali. Vidit etiam campanile, in quo tres sunt campanae, quae – prout idem campanile – manentur ab eademmet communitate. Ecclesia haec est plebs habetque clericos portionantes 36, quae sunt beneficia simplicia clericatus nuncupata subestque iurisdictioni episcopali et confertur per concursum iuxta formam sacri Concilii tridentini. Hisce omnibus expletis factisque infrascriptis ordinationibus, ad aedes praefatas suae mansionis reversus, quieti et deinde somno absque cibo indulsit. [26] Ordinata. Murus coemeterii qui protenditur versus viam publicam quae dirigitur ad plateam ecclesiae

protrahatur, novam partem eiusdem aedificando usque dum extenditur pars veteris coemeterii, quae est iuxta sacristiam et versus ipsam sacristiam dirigatur murus ipse, ut omnino clausum ab hac parte remaneat – sepulcra vetera quae aperta sunt in coemeterio statim vel removeantur vel obturentur – muri omnes coemeterium circumdantes sarciantur ubi eos sarciri oportet – crates ferreae positae ad additus eiusdem coemeterii instaurentur ita ut nullus pateat animalibus bruttis ingressus – construatur in ecclesia sepulcrum pro humanis infantulum cadaveribus – tempore paschali communicatis distribuantur schedae et subinde colligantur – describatur exacte status animarum quae capaces sunt communionis quaeque communicaverint aut quae sacro chrismati initiatae fuerint – obturentur rimulae circum portatile altaris Corporis Christi – eleventur parumper portatilia altarium sanctissimi Rosarii et beatae Virginis Mariae a Spasimo illorumque rimulae omnino obturentur - [26^v] altare sanctae Luciae provideatur de portatile mensurae canonicae – altare quadraginta Horarum provideatur de tela cerata et omnia altaria de stragula qua cooperiantur - instituatur schola doctrinae christianae ab admodum reverendo archipraesbytero vicario foraneo, iuxta regulas episcopales pro directione doctrinae doctrinae publicatas – schola instituta provideatur de tela quae extendatur per dimidium ecclesiae, ad effectum ut masculi a foeminis separentur – distribuantur classes iuxta praedictas regulas, quibus singulis assignetur magister et respective magistra ac praesertim adsint huic muneri ecclesiastici omnes qui a praefato domino archipraesbytero erunt distribuendi classibus ipsis, moniti ne huic muneri deficiant, severam aeterno Iudici reddaturi rationem si hanc partem praecipuam sacerdotalis officii omiserint, resservato sibi etiam iure corrigendi negligentes iuxta canonicas sanctiones – caveant directores huius scholae ne permittant ad superiores classes ascendere discipulos vel discipulas qui, vel quae, inferioribus satis instructi vel instructae non fuerint – cum ab anno 1745 circiter hucusque registratae non fuerint partitae matrimoniorum quae celebrata fuere [27] ab admodum reverendo domino Francisco Luppi, antecessore archipraesbytero nec non a reverendo domino Alexandro Sartorelli economo, sed tantummodo eorum memoriae habeantur descriptae in libro foris inscripto *Publicationi de Matrimonio della Pieve di Cerea*, per modernum admodum reverendum archipraesbyterum quamprimum sua manu ex recensito libro exscribantur in novo libro matrimoniorum partitae ab anno 1745 circiter hucusque, eas registrando ordine alphabetico et ad normam ritualis romani, monendo ne deinceps ommittantur descriptiones huiusmodi, rite et rectae faciendae, prout ne omittantur descriptiones mortuorum, baptizatorum et cetera – muri qui constituunt locum pro organo paratum dilatentur ita ut fiant tutiores – claudatur ostium muro per quod ingreditur a coemeterio in locum supradictum et aliud aperiatur in sacristia, ex quo ascendatur ad ipsum locum – fenestris loci praecitati apponantur tutae crates ferreae, quas marmora circumdent et haec tria ordinata adimpleantur impensis huius communitatis – muri exteriores cappellarum perficiantur, ut continui in omnibus earum partibus sint, impensis societatum ad quas cappellae spectant vel patronorum de quorum iure sunt capellae ipsae - [27^v] erigatur suggestum a parte epistolae altaris maioris supra ianuam minorem ad eandem partem et conceditur ut possit porta aperiri ad ingressum eiusdem suggestus, iuxta altare Corporis Christi – fiant quatuor confessionalia ex nuce, ponenda duo a lateribus altaris maioris extra praesbyterium in loci ad id paratis et alia duo a lateribus ianae maioris, quae sint similia, sibi iure resservato alia confessionalia ordinandi in hac ipsa ecclesia ponenda, prout opus fuerit – adaequetur murus interior ecclesiae supra portam minorem a parte evangelii altaris maioris, impensis domini archipraesbyteri et dominorum clericorum – platea ante ecclesiam, quamprimum fieri per hanc communitatem poterit, muro saltem altitudinis duorum pedum circumdetur.

Die iovis 15 octobris 1750. Illustrissimus et reverendissimus antistes, summo mane evigilans et habitu itinerario indutus, cum suo illustrissimo vicario generali, ecclesiam parochialem antedictam petiit adoratoque in ea divino Sacramento, pro defunctis oravit et visitationem huius parochialis ecclesiae, cleri et populi Ceretae in nomine Domini absolvit. [28] Ex eadem ecclesia egressus receptisque ab admodum reverendo domino archipraesbytero et clero nec non a dominis sindico, reggentibus ac principalioribus praefati loci Ceretae gratiarum actionis et humanitatis argumentis iisque benedictis, rhedam suam cum suo comitatu conscendit praeceuntibusque quampluribus ipsius loci equitantibus more militari, iter suum Veronam versus direxit. Ad confinia Ceretae perventus, iterum a domino archipraesbytero et clero dicti loci devenerationis

argumenta recepit, quibus peramanter respondit iisque dimissis, iter inceptum prosecutus est usque ad terram Bodoloni; quo perventus, quampluribus equitantibus loci Ceretae cum sua benedictione relictis, in aedes sui episcopatus se se recepit et prandium sumpsit. Sumpto prandio, iterum illustrissimus et reverendissimus praesul, rheda sua conscensa, cum suo comitatu Veronam versus iter suum arripuit et ad aedes suas episcopales Veronae – divina favente clementia – se se incolumen restituit.

Termini generales assignati pro exequendis ordinationibus praesentis visitationis. Pro illis quae spectant ad sacramenta terminum statuit duorum mensium; [28^v] quatuor pro illis quae sacristiam et altaria respiciunt; sex vero pro illis quae fabricam et ecclesiam concernunt. Taxa. Pro quaque persona et quoque pasto: ducati 2; pro quoque equo et unaquaque die: ducati 1.10. Et expeditae fuerunt copiae ordinationum admodum reverendo archipraesbytero, ad hoc et cetera. Ioseph Bovio, pastoralis visitationis notarius et cetera.

[Nota: *da questo punto iniziano le pagine di documenti presentati dal parroco; sul manoscritto sono prive di numerazione, perché si tratta di fascicoli distinti. Per favorire la lettura, si è provveduto ad una numerazione a matita, senza calcolare le numerose pagine bianche*]

[29] La chiesa parrocchiale antica di Cerea è intitolata San Zenone; la chiesa parrocchiale moderna è intitolata Santa Maria. A questo beneficio sono stato io, don Simon Zinza, sacerdote veronese, nominato per concorso dall'illustrissimo e reverendissimo monsignor Giovanni Bragadino gli 12 aprile di quest'anno 1750. Le bolle di Roma sono in data gli 14 maggio del medesimo anno e il possesso l'ho avuto il 13 giugno. Nella chiesa nuova vi sono altari sette, cioè: maggiore, dedicato alla Madonna Vergine e san Zenone, consecrato nel dì 11 ottobre 1750; lo mantiene il signor arciprete e signori chierici. Altro, Corpus Domini, con palla, con portatile e mantenuto dalla compagnia del Corpus Domini; ha entrata, oblighi di messe, come rileverà dal massaro di detta compagnia. Altro, il Rosario, con palla e con portatile, mantenuto dalla compagnia del Rosario; ha entrata e oblighi; il capellano è il signor don Domenico Caldana, con obbligo di messe numero 120, per le quali pagano numero 180 [ducato?]; altri oblighi dirà il massaro. Altro, il Spasimo, il quale ha palla e portatile ed è mantenuto dalla sudetta compagnia ed ha oblighi, come dirà il suo massaro. [30] Altro, l'altare di san Bovo; è con palla e portatile, senza obbligazioni; ha d'entrata ducati 18.12. Altro altare, di santa Lucia, con palla e portatile ed è mantenuto dal nobile signor marchese Donisi et è di sua ragione. Altro altare, delle Quaranta Hore, senza palla; è mantenuto d'elemosina; la spettabile comunità fa celebrare tutte le feste et altri giorni feriali, quanti risultano messe numero 208, per le quali contribuiscono ducati 80. Simon Zinza, arciprete di Cerea. [31] Adì 12 ottobre 1750. Inventario delle rendite che possiede la chiesa parrocchiale di San Zen di Cerea, di questa diocesi di Verona, per quanto a me costa in questo momentaneo soggiorno che sono a questa parochia. Possiede il quarto della decima del caratto intiero possesso dalla pieve, mentre gli altri tre quarti spettano a signori chierici. Possede ancora qualche pezza di terra et alcuna altra picciola porzione di decima, livelli et altro. Ancora, ha gli aggravii delle decime al serenissimo principe, termini al reverendo clero, il concorso delle spese di communi per la quarta parte co signori chierici di quella pieve, le messe alla chiesa di San Zeno, le solennità, li pasti al clero per i quali credo dover concorrere col solo quarto; et altri. Mi riservo entro il prossimo novembre per migliore e più specifica nota, da registrarsi negli atti di questa visita di tutte le rendite, descrizione di beni, livelli ed aggravii particolari a me spettanti, che si ritrova a signori chierici, per quello posso rilevare. Simon Zinza, arciprete, affermo quanto di sopra con giuramento. [32] Fra gli limiti della parochia di Cerea vi sonno gli infrascritti oratorii. L'oratorio di San Zenone, con portatile è mantenuto dal reverendissimo signor arciprete e chierici; d'obbligo di far celebrare la messa festiva e numero feriali 40. L'oratorio col titolo di Maria Vergine. Altare con portatile et altro altare in choro con portatile, della spettabile comunità; si mantiene d'elemosina. Chiesa di San Procolo o sive oratorio detto l'Ospitale: altare con portatile e palla; ha obbligo di messe 120. Il capellano è il signor don Domenico Caldana; devono mantener gli letti per gli pelegri e manda a Verona alla Pietà gli fanciulli, sì legitimi che spurii. Vi sono uffici di messe dodeci a l'anno e si dispensano sacchi sei di formento a poverelli. L'oratorio di San Paolo, nella contrà della Pallesella, di ragione del signor marchese Donisi; il capellano è don Santo Tambara; la messa festiva è pagata dal popolo. L'oratorio di Sant'Antonio in contrà di Remedello, del nobile signor Orazio Verza. L'oratorio di San Michel arcangelo, nella contrà di Isolela, del signor Benedetto

Mosconi. L'oratorio di Sant'Antonio nella contrà della Paganina, del nobile signor Giulio Parma. L'oratorio di sant'Antonio nella contrà di Favalle, del signor Vincenzo Sartorelli; messa festiva per il legato [33] del quondam signor Vincenzo Sartorelli. L'oratorio di Santa Croce nella contrà detta la Ca' del Lago, delli nobili signori marchesi Donisi. L'oratorio di Sant'Antonio abbate, nella contrà del Piaton, del signor conte Girolamo Franco. L'oratorio di Sant'Antonio di Padova, in contrà di San Zeno, del signor conte Antonio de Medici. L'oratorio privato del nobile signor conte Alessandro Pompei. Alessandro Sartorelli curato. [34] Nomi degli sacerdoti, chierici, allevatrici et eremiti della parochiale di Cerea. Don Alessandro Sartorelli, curato d'anni 40, con mandato di confessione. Don Giuseppe Rigatelli, capellano della comunità, d'anni 39, con mandato di confessione. Don Domenico Caldana, capellano d'anni 50, con mandato di confessione. Don Pietro Bianchini, capellano di San Zenone d'anni 36, con mandato di confessione. Don Vincenzo Tessari, capellano delle quattro compagnie, con mandato di confessione, d'anni 37. Don Paulo Antonioli, capellano delle Quaranta Hore, d'anni 49. Don Giacomo Ferrarese, capelano del nobile signor marchese Donisi, d'anni 30. Don Vincenzo Carmegnani, capelano del nobile signor Verza, con mandato di confessione, d'anni 48. Don Giovachin Mainardi, forestiero, capellano del nobile signor Parma, d'anni 62. Don Giuseppe Mastenna, capellano del nobile signor conte Girolamo Franco, d'anni 42. Don Santo Tambara, capellano della Palesella, d'anni 29. Don Giacomo Scapinni, con mandato di confessione, d'anni 60. [35] Don Giovanni Antonio Zanelli, d'anni 32. Alessandro Sartorelli curato. [36] Stato delle anime. Uomeni da comunione numero 1300, donne da comunione 1700, putti che non si comunicano 350, donne che non si comunicano, sive putte, 500. Inconfessi de uomeni numero 3; donne inconfesse numero 4. Summano in tutto numero 3857. Alessandro Sartorelli curato.